



**S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Humbertus Abbas. Cura sepulturæ moderata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)

cretum  
a Chri-  
a Chri-  
uæsitus  
e in pla-  
SIMON,  
26 No-  
o cuius-  
datunt,  
care non  
amplius  
& sabba-  
erunt in  
u liban-  
luentem  
n; & ad  
enti pue-  
inflicta  
anguis ad  
ivo pro-  
ormenta  
icio. Si-  
tur; pro  
cula sur-  
odiedum  
intradi



**S. HUMBERTUS ABBAS.**

*Cura sepultura moderata.*

Deus, cui non pereunt mortua, sed  
resurrectura servantur corpora no-  
stra: fac nos S. HUMBERTI exemplo &  
patrocinio, habitâ moderatâ sepultu-  
ræ curâ, potiozem animæ cultui im-  
pendere.

*Ora pro funerum curatoribus,*



**N**obilibus in Hannonia parentibus natus HUMBERTVS, Laudunensi Clero fuit puer adscriptus: illis autem mortuis, cum causa hereditatis in patriam rediisset, euntem Romam an. 650 S. Amandum, hospitio excepit & secutus est. Hoc in itinere ferunt ursum, à quo eorum sarcinarius equus laniatus fuerat, bajuli officium subiisse. Alia vice Romam profectus solus, se suaque omnia Pontifici obtulit: qui sua ea impendi condendæ ecclesiæ. Rediit ergo ad S. Amandum, ex ejusq; consilio Maricolense ad Sabim monasterium fundavit, atque Abbas rexit: non tamen ei sic affixum quin aliquando excurrerit in Antverpiensem agrum, causa fidei prædicandæ. Ejus hospitio aliquando usa S. Aldegundis, eodem mortis suæ præscio rogata, misit neas suis manibus contextas, in quibus sepeliretur; quod factum circa an. 680. Corpus autem, post annos 135 repertum elevatumque, multis miraculis claruit; rursusque post annum 1020, quo restaurata Abbatia est; atque post 1131, quo Reliquiæ translatae ad oratorium, contiguum fontem quem vivens excitaverat.

*Beati mortui, qui in Domino moriuntur, opera enim illorum sequuntur illos. Ap. 14.*